Nos Clemens de Pankoschowka Iudex et Felix de Zarschyn Subiudex Terrestres Terre Sanocen generales Recognoscimus
per presentes Quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presencium notitiam habituris Quomodo ad nostri ac aliorum dominorum presencia
constitute nobiscum in Iudicio residencium Veniens presenciam personaliter Generosa Hedvigis consors Generosi Stanislai Lathoschynszky
Subiudicis Terre Sandomirien generalis filia olim Generosi Nicolai Bal de Nowothanyecz Succamerarii Sanocen non compulsa nec coacta
nec aliquo dolo et fraude seducta Sana mente et corpore existens ac cum voluntate et consilio mariti sui legittimi pretunc coram Iure
personaliter comparentis et maturo consilio suorum amicorum parte ex una et Generosus dominus Mathias Wzdowszky parte ex altera
publice recognoverunt Quia fecerunt inter se perpetua et irrevocabilem comutacionem seu cambium bonorum suorum hereditariorum Videlicet
predicta Hedvigis Lathoschynszka dedit et resignavit sibi Mathie Wzdowszky sortem sua tota bonorum suorum hereditariorum paternorum que
sibi iure divino et naturali post patrem ipsius olim Nicolai Bal cessit In Terra et districtu Sanocen sittorum Videlicet in Opido Nowotha-
nyecz et in utroque Suburbio ibidem ac in villa Dymkowawolya In Brzozka Brzozowicza et in Wolkovyszka villis cum toto Iure dominio
et proprietate utilitatibus et proventibus ad sortem ipsius Hedvigis ipsorum bonorum spectantibus Nichil pro se ac suis legittimis successoribus
reservando Ita late longe ac circumferencialiter prout dicta sors dictorum bonorum in se est limitata et distincta Et dictus Generosus
dominus Mathias Wzdowszky dat pro isto et dedit dicte Hedvigi Sculteciam suam hereditariam in villa Starchorzyna cum toto Iure
et dominio Videlicet dantes sibi mutuo Terram pro Terra bona pro bonis hereditatem pro hereditate Et dictus Mathias Wzdowszky
dicte Hedvigi Lathoschynszka super predictam sortem ipsius bonorum que ab ipsa accepit modo perpetuo et irrevocabilis cambii addidit
Quingentos florenos hungaricales veri et iusti ponderis in auro Et super eius prefata Hedvigis dictum Mathiam Wzdowszky facit
verum et legittimum heredem in tota sorte dictorum bonorum suorum perpetue et in evum Et predicta Hedvigis Lathoschynszka obligat
et obligavit dictum Mathiam Wzdowszky in tenuta predictorum bonorum de quibus sibi perpetue cessit tueri et defendere ab omnibus
inscripcionibus impedimentis quibus a qualibet persona sexus utriusque prout ad aliquam personam spectat Terrestris prescripcio Et iam
prefata Hedvigis sibi Mathie Wzdowszky dat et dedit realem et effectualem intromissionem per ministerialem consimum Andream de
Brzozow in prefata bona Nowothanyecz cum prefatis villis et Suburbiis sortis sue Et eciam ipse Mathias eidem Hedvigi in dictam
Advocaciam per eundem Ministerialem dat et dedit intromissionem super quibus omnia dicte partes iudicium posuerunt quod Iudicium
suscepit Acta et data in Sanok feria Sexta ante festum Sancti Laurencii martiris proxima Anno domini Millesimo quingentesimo
octavo presentibus ibidem Magnifico Venerabili Honorabili Generosis ac Nobilibus Stanislao Kmitha de Wyszniycze Palatino
Russie et capit Paulo de Gomyeszky Archidiacono Premislien Stanislao plebano Jacobo Pyenyazik de Wythowicze Tribuno
Sanocen Raphaele de [illegible] [illegible] domino Johanne [illegible]

Nos Clemens de Pankoschowka Iudex et ffelix de Zarschyn Subiudex Terrestres Terre Sanocensis generales Recognoscimus
per presentes Quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris Quomodo ad nostri ac aliorum dominorum presencia
Constitue nobiscum in Iudicio residencium Veniens personaliter Generosa Hedwigis consors Generosi Stanislai Lathoschynszky
Subiudicis Terre Sanocensis generalis filia olim Generosi Nicolai Bal de Nowothanyecz Succamerarii Sanocensis non compulsa nec coacta
nec aliquo dolo et fraude seducta Sana mente et corpore existens ac cum voluntate et consilio mariti sui legittimi protunc coram Iure
personaliter comparentis et maturo consilio suorum amicorum parte ex una et Generosus dominus Mathias Wzdowszky parte ex altera
publice recognoverunt Quia fecerunt inter se perpetua et irrevocabilem commutacionem seu cambium bonorum suorum hereditariorum Videlicet
Predicta Hedwigis Lathoschynszka dedit et Resignavit sibi Mathie Wzdowszky Sortem suam totam bonorum suorum hereditariorum paternorum que
sibi Iure divino et Naturali post patrem ipsius olim Nicolai Bal cessit In Terra et districtu Sanocensi sitorum Videlicet in opido Nowotha-
nyecz et in utroque Suburbio ibidem ac in villa Dzyinkowawolya In Brzozka Bazarnycza et in Wolkowyya villis cum toto Iure dominio
et proprietate utilitatibus et proventibus ad sortem ipsius Hedwigis ipsorum bonorum spectantibus Nichil pro se ac suis legittimis successoribus
reservando Ita late longe ac circumferencialiter prout dicta Sors dictorum bonorum in se est limitata et distincta Et dictus Generosus
dominus Mathias Wzdowszky dat pro isto et dedit dicte Hedwigi Sculteciam suam hereditariam in villa Starhorzyna cum toto Iure
et dominio Videlicet dantes sibi mutuo Terram pro Terra bona pro bonis hereditatem pro hereditate Et dictus Mathias Wzdowszky
dicte Hedwigi Lathoschynszka super predictam sortem ipsius bonorum que ab ipsa accepit modo perpetui et irrevocabilis cambii addidit
Quingentos florenos hungaricales veri et iusti ponderis in auro Et super eius prefata Hedwigis dictum Mathiam Wzdowszky facit
verum et legittimum heredem in tota sorte dictorum bonorum suorum perpetue et in evum Et predicta Hedwigis Lathoschynszka obligat
et obligavit dictum Mathiam Wzdowszky in Summa predictorum bonorum de quibus sibi perpetue cessit Tueri et defendere ab omnibus
inscripcionibus impedimentis que a qualibet persona sexus utriusque prout ad aliquam personam spectat Terrestris prescripcio Et Iam
prefata Hedwigis sibi Mathie Wzdowszky dat et dedit realem et effectualem intromissionem per ministerialem consuetum Andream de
Brzozow in prefata bona Nowothanyecz cum prefatis villis et Suburbiis sortis sue Ac eciam ipse Mathias eidem Hedwigi in dictam
Advocaciam per eundem Ministerialem dat et dedit intromissionem super que omnia dicte partes vadium posuerunt quod Iudicium
suscepit Acta et data in Sanok feria Tercia ante festum Sancti Laurencii martiris proxima Anno domini Millesimo quingentesimo
octavo presentibus ibidem Magnifico Venerabili Honorabili Generosis ac Nobilibus Stanislao kmitha de Wyszniycze Palatino
Russie et capitaneo Paulo de Iorowszky Archidiacono Premisliensi Stanislao plebano Iacobo Pienyazik de Wythowycze Tribuno
Sanocensi Raphaele de Lunczyszka Burgrabio Sanocensi Johanne Tyrawszky et aliis quam pluribus fide dignis ad premissa
testibus In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa



